



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Ardea. Exanguis de nequita redditus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

ni que atrox usque adeo odium inter eos esse autumant, ut utriusque sanguinē commiscueris, sponte se uterque subducatur ac separetur, antipathia, ne coeāt pertinacissimē repugnante.

NECESSITUDINIS AVERSATOR. CAP. XLI.

SI vero Florum una cum Salo pingerent, hominem qui alterius necessitudinem pertinaciter aversaretur, significabant: quare aves illae aut aversae invicem, aut capitibus saltem obtortis in diversa pingendae sunt. Commentum causa ea est, quod inplacabiles inter utramque inimicitiae intercedunt, neque ullo pacto fieri potest ut harum quoque sanguis exhaustus commisceatur: consulum enim non aliter alter hinc, alter inde contrahitur, quam oleum ab aqua subducitur, usque adeo natura ipsa dissident, Quare tibi tria sunt observanda ejusdem generis exempla, quorum natura inter se minimē congruat, sitque pertinacissima discordia, Salus & Florus, Salus & Afinus, & de quibus suo loco dictum, Cornix atque Noctua. Namque ut nihil est appetentius, nihil rapacius similitum sui quam natura: ita etiam dissimilium nihil aversum magis, ac magis abominabile.

Plin. l. 10.
cap. 74.

DE ARDEA.

EXANGUIS DE NEQUITIA REDDITUS. CAP. XLII.

Quod sicut sanguinem.
Hominem ita libidinis usu confectum exangustumque, ut propemodum exanguis sit effectus ostendere qui vellent, Ardeolam illam pelam pingebant, quae Graecè ἐρωδιός dicitur: ea de composita ita angitur, ut sanguinem ex oculis emittat, remque summo cum dolore peragat, clamore vasto atque admodum insuavi difficultatem attestante. Nomen illi apud Graecos inditum ajunt, ὅτι ἐὰρ ἰσχυρὰ nam ἐὰρ quandoque sanguinem significat. In collectaneis Suidae Grammatici dictam volunt ἡ ἐν ἐλεσι Διγερθεῖν, quod in paludosis & humidis locis versetur, quasi helodium dicas. Sunt qui eas inter Grues recenseant: sunt qui similem Grui dicant: & Divinarum literarum interpretes de ave hac, ubi vulgata Psalmorum editio habet, *Herodii domus dux est eorum*, varia tradiderunt.

Psal. 104.

TEMPESTAS. CAP. XLIII.

Idem Plin. l. 10. cap. 74. Sitimo. Georg. lib. 1. Plin. ibid.
Sedenim D. Augustinus, qui herodium fulicam arbitratus, tempestatis eam impendentis signum autumat. Sedenim apud Maronem Ardea & Fulica diversae sunt volucres, tamen utraque sit indicium tempestatis: ait enim,
— *Cumque marine*
In seco ludunt Fulica, notaque paludes
Deferit, atq; altam supra volat Ardea nubem.
Sed super hac satis est à nobis in Ciconiae commentario disputatum.

DE CINNAMO.

AROMATARIUS. CAP. XLIV.

Hac à Plin. lib. 10. c. 33.
Hominem ex aromatum mercimoniis ditescentem significantes, Cinnamum autem pingunt. Avis ea in Arabia versatur, quae furculos Cinnami congerit, ex quibus nidum sibi conficiat: quocirca indigenae plumbatis eum sagittis decutiunt, mercis gratia: neque aliud mihi super ea compertum est.

DE VELIA.

STUDIOSUS OTII. CAP. XLV.

Studiofum otii & commodorum hominem indicare qui volunt, Veliam avem pingunt: ea enim in umbra & aura aetatem agit, hyemem in apricis: nam & potentes, cum in eos qui otio literario